


Protheoremata ad inæqualitatem motus solaris apparentis demonstrandam. Cap. xv.



AD inæqualitatem uero Solis apparentem magis capeffendam demonftrabimus adhuc apertius, quòd Sole medium mundi tenente, circa quem, tanquam centrum terra uoluatur, fi fuerit, ut diximus, inter Solem & terram distantia, quæ ad immensitatem ftellarum fixarum sphæræ non poffit exiftimari, uidebitur Sol ad quodcūq; fufceptum fignū uel ftellā eiusdem sphæræ æqualiter moueri. Sit enim maximus in mundo circulus AB in plano figniferi, centrum eius c , in quo Sol confiftat, & fecundum distantiam Solis & terræ CD ,



ad quam immensa fuerit altitudo mundi, circulus describatur DE in eadem fuperficie figniferi, in q̄ ponitur reuolutio annua centri terræ. Dico quòd ad quodcūq; fignum fufceptum uel ftellam in AB circulo Sol æqualiter moueri uidebitur: fufcipiatur & fit A , ad quod uifus Solis à terra quæ fit in D , porrigatur ACD . Moueatur etiam terra utcumq; per DE circumferentiã, & ex E termino terræ, agantur AE & BE , uidebitur ergo Sol modo ex E in B figno, & quoniam AC immensa eft ipfi CD , uel huic æquali CE , erit etiam AB immen-

fa eidem CE . Capiatur enim in AC quodcūq; fignum F , & connectatur EF . Quoniam igitur A terminis CE basis, duæ rectæ lineæ cadunt extra triangulum $EF C$, in A fignum per conuerfionē XXI. primi lib. ele. Euclidis, angulus FAB , minor erit angulo $EF C$. Quapropter lineæ rectæ in immensitate extenfæ compræhendent tandem CAE angulum acutum, adeo ut amplius difcerni nequeat, & ipfe eft quo BCA angulus maior eft angulo AEC , qui etiam ob tam modicam differentiam uidentur æquales, & lineæ AC , AE paralleli, atq; Sol ad quodcūq; fignum sphæræ ftellarū